

singulis annis in festo natiuitatis christi ipsi plebano in *Richenbach* exsoluere tenebuntur, Sepulturam uero iidem inquillini in capella *Wallkirchin* habebunt. Et ne parrochialis ecclesia in suo Jure defraudaretur prouisores dicte capelle in *Ernphornzgrun* dederunt prouinciali et plebano supradicto Triginta quinque marcas argenti ad comparandum sibi certos redditus in restaurum iurium predictorum pro quibus ipsi apud memoratum *Eberhardum* iusto et perpetuo empcionis tytulo emerunt quatuor modios siliginis et quatuor modios auene mesure *Richenbachensis*. ipsis de allodio ipsius *Eberhardi* in *Ernphornzgrun* et pertinentiis suis se heredes et successores suos obligauit (?). Promittens nichilominus quod si solutio huiusmodi a quocunque neglecta fuerit extunc plebanus in *Richenbach* cappellam predictam interdicere poterit et populum a perceptione suspendere valeat, Sine cuiusquam contradictione quousque sibi de redditibus neglectis sufficienter fuerit prouisum. Nos uero ad petitionem ipsius *Eberhardi* redditus octo modiorum predictorum in allodio suo ut premissum est dictis prouinciali et plebano annuatim prestandorum nostro consensu venditos fore recognoscimus, eos ordini et parrochie in *Richenbach* in dicto allodio et suis pertinentiis perpetuo appropriamus per presentes. Huius facti testes sunt *Hermannus* Commendator in *Egra*. *Heinricus* Commendator in *plawe*. *Johannes de dorndorff*. *Heinricus de sarowe*. *Fredericus de kokeritz*. *Heinricus et Albertus fratres de Mächwitz*. *Fridericus de Langinberg*. *Rodemannus* Judex in *Richinbach*. In cuius rei testimonium et robur presentes nostras litteras desuper contradimus nostri sigilli impensione communitas. Datum et actum in *Plawe* Anno domini M. CC. XC. secundo. pridie nonas nouembris.

Wachsfiegel; Bild: der bekannte Löwe mit 3zackig. Krone; Legende:
S. ... NRICI. ADV. DE
(Urf. 1394 im H.=St.=A. Dresden.)

CVII.

Die Brüder Markgraf Friedrich zu Meissen und Markgraf Dietrich im Lausitzer Land vereinigen sich zu einer schiedsrichterlichen Entscheidung über alle ihre Irrungen durch einen auf den 25. Mai festgesetzten Tag zu Raumburg und bestimmen dabei u. a., daß der Vogt Heinrich von Plauen das Bergwerk zu Freiberg bis zu diesem Gerichtstag inne haben soll, und daß er der Obmann sein soll in der Kommission, welcher die Verwaltung der Pfänder übertragen wird. Pegau, den 18. April 1293.

Wy margrave Friderich von gotes gnadin zu Mysne und